



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De bubalis, qui custodem suum interfecerunt, cap. 63.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

**D**Vm Wilhelmus nouitius noster ex prima ex-  
peditione Ierosolymitana rediret Romam, *De qua*  
casum ibi tunc recentem audiuit, vnde multi  
mirabantur: Bubulcus quidam bubalos iuxta urbem  
pauerat viginti annis & amplius; die quadam, cū nō  
procul a pascientibus in agro dormiret, quatuor ex  
eis conuenientes, frontes quasi ad colloquium con-  
iungebant, & post horam, ad suum custodem curren-  
tes, tum pedibus calcando, tum cornibus ventilando,  
cum in frusta diuidentes interfecerunt.

**R**Etulit nobis Abbas Daniel de luparem satis  
mirabilem: In\* Carpania, inquit, vbi schola- \*For Ker  
sticus eram, scholaribus die quadam licentia- pen usde  
tum fuerat ire ad filias; qui in nemore lupæ antrum cap. 67.  
reperientes, catulos omnes eiecerunt, quorum pedes *infra*,  
vnus bipenni sua amputauit: quibus recedentibus, lu-  
pa redijt, & vt catulorum pedes præcisos vidit, recedē-  
tes insecura, solummodo eum, qui hoc egerat, nimiū  
furens impetuiuit. Ille verò timens, arborem ascendit;  
quem cū insequi non posset, cœpit vnguis circa  
radices fodere; & cum sic non proficeret, alios lupos  
aduocauit. Interim nūciantibus scholaribus, homines  
de villa cum gladijs, cuspidibus, & baculis ei in auxi-  
lium venientes, lupos abegerunt, in medio sui illum  
ducentes: Lupis iniuratis ad horam sequentibus, &  
redeuntibus, illa sola perseuerauit, vindicare se tentas  
multis conatibus: & cū essent proximi villæ, lupa  
se periculo dans in vltionem catulorum, armatorum  
custodias irruptit, & scholaris gulæ insiliens, protinus  
extinxit; quæ statim occisa est. APOLLONIVS: Satis  
miror qud scholarem illum præ cæteris cognoscere  
potuit. CÆSARIUS: Multa huiusmodi fuit Dei iudicio,  
ex quibus est quod sequitur.

**H**Omo quidam iuxta Aquisgrani tres habuit li-  
beros: Eo verò tempore, quo Philippus ibidē  
coronatus est, multi in prouincia lupi vide-  
bantur: